

# Bolletí de la Societat Arqueològica Luliana

PALMA.—MAIG DE 1910

## SUMARI

I. Cartulario del pimer Obispo de Mallorca, (continuación) por *D. Mateo Rotger* y *D. José Miralles, Canónigos*.

II. Historia de la falsa Bula á nombre de Gregorio XI contra las doctrinas lulianas (continuación), por el *P. Faustino D. Gaçulla, Mercedario*.

III. El Catálogo de las obras de Raimundo Lulio del Dr. Arias de Loyola, (continuación) por el *P. Pedro Blanco, O. S. A.*

IV. Exequias y lutos por la muerte de la Reina de España Doña Margarita de Austria 1611, por *D. J. Ramis de Ayresflor y Sureda*.

V. Correspondencia de Mossen Gabriel Vaquer (1493 á 1530), por *D. Gabriel Llabrés*.

VI. Las cien proposiciones atribuidas por Eymereich al B. ato Lull (continuación), por el *Rdo. Sr. D. Francisco Villaronga y Ferrer*.

VII. Publicacions rebudes.

## CARTULARIO

### DEL PRIMER OBISPO DE MALLORCA

(CONTINUACIÓN)

#### IX

*Donación hecha por D. Nuño Sanz á la Iglesia y Obispo de Mallorca.*

(22 de Agosto de 1239.)

In Dei nomine Manifestum sit omnibus quod Nos Nuno sanc. dominus rossilionis, vallsapir, conflent. et ceritanie per nos et omnes nostros successores Damus concedimus

*Any XXVI.—Tom XIII.—Núm. 362.*

domino deo et gloriose beatissime virgini marie et cathedrali sedi maioricarum et vobis domino Raymundo dei gratia inde Episcopo et vestris successoribus in eadem sede venientibus ratione dotationis sedis supradicte nostram portionem in terra de maiorica tam in civitate quam extra civitate sicut inferius declarabitur. Videlicet: pro hiis omnibus que nunc habemus et tenemus et possidemus tam in civitate quam extra civitatem et etiam pro hiis omnibus que hactenus aliquo iure vel ratione habuimus tenuimus vel possedimus aliquo iure vel ratione in eadem Civitate vel insula. In premissis vobis assignamus in civitate omnia statica directa et diruta tam statuta quam statuenda que habemus in almudayna, excepto illo statico que iam dedimus beate Marie et suo capellano quem nos ibi statuimus ad deserviendum in quibus nomina nominorum et nomina dominorum quorum erant. Primum unum hospicium quod fuit ysse abnissach et aliud hospicium quod fuit labiambran et alie domus que fuerunt Mahumeti abenalhag et alie domus iuseff abinalchacen et alie domus que fuerunt parral et alie domus que fuerunt aliyem et alie domus abenboarra et alie domus in carraria de sala et alie domus ahupachi, et alie domus iuchephi ahissa algargui et alie domus de saada et alie domus dalgargui et alie domus almeqid et alie domusalnaama et alie domus alexereff et alie domusalmahisach et alie domus iuceff abenalchacen et alie domus mahometi abnalays et alie domus prope furnum et alie domus que fuerunt abdilalchalim et alie domus patre iuceff cum omnibus censibus quos ibi recipimus. Item damus vobis et dicte ecclesie in dicta civitate xxx macemutinas censuales, videlicet, x morabatinos et duas macemutinas in operatoriiis et

domibus que per nos tenet bn. corrigiarius et petrus boters circa riarria ante pontem pisanum sicut in instrumentis ipsorum adquisicionum continentur. Qui decem morabatini et due macemutine faciunt decem et octo macemutinas et ex alia parte in operatorio quod G.<sup>s</sup> den alegre tenet per nos ad censum quatuor morabatinorum, et in alio operatorio contiguo cum illo alio operatorio quod Guillermus de begnariis tenet per nos ad censum quatuor morabatinorum et ita fiunt completa triginta macemutine et quatuor soleyi ultra. Item assignamus et tradimus decimam partem portionis donationis curie cum omnibus juribus eidem parti pertinentibus. Item assignamus vobis extra civitatem centum jugatas terre, videlicet quinquaginta octo jugate in Valle de spurlis, et viginti sex jugatas in termino de fanalig et sic sunt octoginta quatuor jugate quas alamandus de sadaua pro nobis tenebat in feudum sicut in instrumentis inter nos et ipsum confectis continentur quas habeatis cum pertinentiis et tenedonibus et cum hominibus et servis qui ibi sunt vel de cetero fuerint populati et cum omnibus que infra terminos predicti honoris continentur absque omni honore servicio et servitute militum quod nos debemus tenere pro defensione terre Maïoric. Reliquas vero sexdecim jugatas que sunt in numero centum jovatarum vobis assignamus in felinig et campis et ita sunt centum et una iovate. Et sunt nomina alqueriarum et Raallium feudi alamandi de sadava in sporlis atzeuya due jugate, bilela octo jugate, Ayan tres jugate; Almoravit quinque jugate, benixamer duodecim jugate, Alcarmeda tres jugate, abenbarchax duodecim jugate, alcasser septem jugate, abengaus quinque jugate, adduganer tres jugate, fatiaybana quatuor jugate. Et sunt nomina alqueriarum et raallium feudi alamandi de sadaua in felinig, scilicet, Rubentix et sunt duodecim jugate, Alluch sex jugate, Alubacer duo jugate, Algari tres jugate, Algriles tres jugate. Exceptamus tamen et nobis et nostris retinemus illas possessiones quas alamandus de sadaua tenebat per nos in Civitate Maioricarum. Reliquas vero decem et septem jovatas assignamus vobis et ecclesie antedictæ octo in felinig videlicet sex iugatas in alqueria vocata nacla et duas jugatas in raallo qui vocatur anmab; et assignamus vobis novem jugatas in termino de campis videlicet tres iugate in alqueria vocata beniomar et quatuor iugatas in alqueria vocata beniamandi et duas iugatas in

raffallo macsen, et ita sunt centum et una iugate. Item damus vobis et predictæ ecclesie quoddam molendinum in termino sancti laurencii et nominatur Raa Moabr. cum omnibus suis juribus. Predicta itaque omnia sicut nos habemus tenemus et possidemus vel habere debemus per nos et nostros cum omnibus suis pertinentiis tenedonibus et affrontacionibus et adempriviis sibi per omnia loca pertinentibus et pertinere debentibus cum censibus agrariis jurisdictionibus et dominacionibus integritatibus et proprietatibus juribus et accionibus cum domibus alqueriarum et Raffallorum cum terris pratis paschuis ortis ortalibus boschis garricis venationibus montibus planis erbis aquis lignis vincis arboribus diversorum generum introitibus et exitibus suis et cum firmamentis et stancamentis hominum et feminarum tam statutorum quam statuendorum et generaliter cum omnibus que aliquo modo aliqua ratione vel causapossint dici vel nominari ac cogitari ad nos ibi pertinentibus et pertinere debentibus quoquo modo per nos et omnes nostros successores presentes atque futuros damus et assignamus domino deo et beate virgini marie et sedi antedictæ inperpetuum et vobis domino raymundo dei gracia inde Episcopo et in corporalem possessionem inde mittimus cum hoc publico instrumento extrahentes de jure et posse et dominio nostro hec omnia predicta et in ius dominium et potestatem predictæ ecclesie mittimus et transferimus cum omnibus nostris juribus vocibus et accionibus tam realibus quam etiam personalibus quecumque nobis competunt et debentur vel competere possunt ad omnes voluntates ipsius sedis inde faciendis sine aliquo retentu et sine vinculo nostro et nostrorum presencium et futurorum prout melius et plenius dici et intelligi potest ad vestrum bonum et sanum intellectum et ad utilitatem sedis supradictæ. Ad hec Nos antedictus Raymundus dei gratia Maioricensis episcopus per nos et nostros successores nostros prelatos et coronatos ipsius sedis profitemur et recognoscimus omnia supradicta et singula prout melius superius scripta sunt, corporaliter habuisse et recepisse integraliter ratione tocus dotationis nostre ecclesie Maioricensis a vobis dompno Nunone Sanc. de quibus omnibus vobis concedimus nos esse bene pccatos a vobis de rebus antedictis ratione antedictæ dotationis ad nostram voluntatem. Renunciantes quantum ad hec excepcioni non recepte

dotationis et doli. Et siquid de honoribus domibus censibus agrariis et aliis possessionibus vestris residuis intus civitatem vel extra plus nobis vel dicte sedi pertinerent ultra hec que nobis assignastis et dedistis totum vobis et vestris damus et remittimus et irrevocabiliter per nos et omnes nostros successores concedimus ad inperpetuum ad omnes vestras voluntates inde libere faciendas sine vinculo et retentu nostri et nostrorum sive suessorum nostrorum et alicuius persone. Et imo per nos et omnes successores nostros sedis supradicte cum presenti carta facimus vobis et vestris de supradicta dotatione bonum finem et pactum de ulterius non petendo et solvimus et deffinimus et in perpetuum deliberamus vobis et vestris successoribus in eternum omnes domos honores et possessiones vobis residuis in Civitate vel extra Civitatem in tota insula Maioricensi que nunc tenetis et possidetis vel tenuistis vel possedistis a tempore captionis istius terre usque in hodiernum diem. Videlicet itaque nos vel alias successor noster Episcopus antedicte sedis vel capitulum eiusdem loci, ratione antedicte dotacionis aliquam questionem petitionem vel demandam vobis vel vestris movere vel apponere non possint. Immo habeatis ipso omnia predicta et singula ad omnes vestras voluntates perpetuo libere faciendas, sine contradictione nostri vel suessorum nostrorum in predicta sede prout melius dici et intelligi potest ad vestri et vestrorum salvamentum et bonum intellectum. Item facimus vobis finem et diffinicionem et pactum de non petendo, non tamen de possessionibus antedictis immo et de omnibus fructibus perceptis per vos vel vestros antequam vos huiusmodi dotationem fecissetis nobis et predicte sedi. Declaramus tamen quod si plus de honoribus vel possessionibus vobis vel vestris aliquo iure vel ratione acquirere poteritis de quibus possessionibus dotationem iam receperimus ratione dotationis iterum de illis a vobis aliquid requirere non possemus. Et quantum ad hec Nos antedictus Raymundus dei gratia Maioricensis Episcopus per nos et omnes successores nostros renunciamus omni iuri divino et humano atque privilegio quod in favorem ecclesie introductum est quam contra hec possemus introducere vel inducere aliquo iure vel ratione. Actum est in Maiorica in domo fratrum predicatorum xi Kalendas Septembris anno ab incarnatione domini M.º CC.º

tricesimo Nono. Testes Bn. de Sacrista etc. Sig ✕ num Bn. de Artes notarii publici Maioricensis qui hec scripsit. (*Libre Vert*, fol. V, col. 2.<sup>a</sup>, á fol. VII, col. 1.<sup>a</sup>)

## X

*El Obispo promete á D. Naño Sanz esforzarse para que la transacción entre ambos sobre diezmos de esta Iglesia sea ratificada por Su Santidad.*

(23 de Agosto de 1239.)

Sit omnibus notum quod nos Raymundus Dei gratia Maioricensis Episcopus per nos et nostros successores nostros prelatos et Canonicos ipsius sedis promittimus vobis dompno Nunoni sancii dare operam diligentem ad hoc ut dominus papa habeat ratam et firmam compositionem donationis ecclesie maioricensi inter nos et vos factam tam de donatione quam de decimis prout in instrumentis inde confectis plenius continetur usque ad festum sancti johannis junii Volentes quod sententia qua inde estis astricti medio tempore relaxetur. Concedimus etiam quod si usque ad dictum tempus predictam compositionem dominus papa non duxerit acceptandam et firmandam quod vos possitis ex tunc quacumque ora vuleritis vestra propria auctoritate quam ratione predicte donationis licite recuperare instrumentis supra dictam compositionem et donationem factis irritis et inanis. Ita tamen quod incontinenti cum revocaveritis eadem sententia qua estis modo ligati sitis incontinenti stricti et si forte possessionem vel dotationem vel compositionem predictam revocaveritis, possessio illa quam inde fecerimus de decimo bestiarii nullum jus nobis vel vobis accrescat nisi quatenus habeatis tempore presentis conducti instrumenti. Ad hec nos dompnus sancius per nos et successores nostros predicta omnia et singula promittimus attendere et observare et complere bona fide. Actum est in Maiorica in domo fratrum predicatorum, x K. Septembris anno ab incarnatione M. CC. xxx. nono. Testes Bn. Sacrista etc. Sig ✕ num Bn. de artes not. publici in Maioricis qui hec scripsit. (*Libre Vert*, fol. 22 v.<sup>to</sup>, col. 2.<sup>a</sup>, y fol. 23, col. 1.<sup>a</sup>)

*Transacción entre el Obispo y D. Nuño.*

(23 de Agosto de 1239.)

Manifestum sit omnibus quod facta est compositio inter dominum Raymundum dei gratia Episcopum ex una parte et dompnum Nuno-nem Sanccium ex altera sub tali forma et tenore quod dompnus Nuno habeat in feudum perpetuum medietatem de decimis iure divino debitis in animabilis grossis et minutis et avium scilicet ancum. gallinarum anatum et pullorum lane caseorum et piscium excej t's vivariis propriis. Item quod dompnus Nuno habeat in feudum duas partes de decimis iure divino debitis in pane vino oleo lino canabo et ortalicia et omnibus aliis que iure decimantur, exceptis superioribus expressis. Actum est hoc in maioricis in domo fratrum predicatorum x Kalendas septembris anno ab incarnatione domini M. CC. xxx nono. Testes Bn. de sacrista etc. Sig<sup>x</sup>num Bn. de artes not. public. maioric. qui hec scripsit. (*Libre Vert*, fol. 33, col. 1.<sup>a</sup> y 2.<sup>a</sup>)

M. ROTGER.—J. MIRALLES.

(Continuará.)

## HISTORIA DE LA FALSA BULA

Á NOMBRE DEL PAPA GREGORIO XI  
Inventada por el dominico Fray Nicolás Aymerich  
contra las Doctrinas Lulianas

(CONTINUACIÓN)

### XIV

1390.—Carta de los Consellers al Arzobispo de Tarragona pidiéndole que remedie los abusos de Fr. Nicolás Eymerich

Dirigitur domino Terrachone Archiepiscopo —Reverendissime pater caritatis vinculum et zelum pietatis humane quibus non parum aficimur ovibus gregis vestri inducunt nos merito ut illa qui morbum pestiferum eis possunt faciliter propinare non dimittamus sub silencio preterire. Accendat igitur pro deo vestra paternitas veneranda actus detestabiles et exemplo pernicioso quos in ofensa Maiestatis divine et scandalum fidei christiane facinavit ille frater Nicolaus eymerici pocius ut ex facto perpendi-

tur veritatis persecutor catolice veritatis quam heresis inquisitor. En quod dolenter referimus accidit ut cum vir quidam honestus sciencia et moribus decoratus Petrus Çaplana Rector Ecclesie de Cilla Valencie dioces. vestre Metropolitane Ecclesie filie et alumpne dudum in quodam sermone aliqua de corpore Christi et sacramento altaris vere et catolice populo predicasset ipsè frater Nicolaus insano ductus spiritus ut postmodum veritas revelavit dicta et predicata Catholice per dictum Rectorem in laudem et Reverenciam corporis Ihuxpi. et eius sacratissime divine et humane nature tanquam erronea et hereticalia condempnavit faciens eundem Rectorem proinde in conspectu populi abiurare unde proch dolor verus ordo perversus est periit iusticia et ofenditur divina Maiestas sed deus benedictus nolens tantum scelus sub falsitatis velamine diucius remanere misit in cor dicti Rectoris ut factum huiusmodi duceret usque ad finis exitum coram domino papa. Et tandem vocato et audito ipso fratre Nicolao fuit super hiis in contradictorio iudicio lata sententia seu declaracio per ipsum dominum papam quam aliqui ex amicis dicti Rectoris nobis in propria forma ad oculum ostenderunt. Et in ipsa vidimus declarari qualiter predicata per ipsum Rectorem fuerunt bene et catolice nunciata. Et ipsum fratrem Nicolaum multum iniuste et inique illa condempnasse. O pater venerande in quanta erubescencia cordis et mentis trabacione esse deberet dictus frater Nicolaus si predicta equo libramine mensuraret videns se ipsum ab officio inquisitionis sic graviter corruisse improbando et condempnando verba prolata in laudem et gloriam domini Iuxpi. que si verax fuisset et sapiens inquisitor illa debuisset pro viribus exaltare. Certe honorande pater pena acerrima venit per iusticiam puniendus. Et utinam penitenciam ductus saltem cognosceret quod male gessit sed ad modum illius qui cum ad profundum veniret peccatorum negligit et inde sequitur ei ignominia post latam dictam sentenciam contra eum conatus est populum falsis suggestionibus informare quod sententia ipsa lata extitit ad confusionem in dampnacionem dicti Rectoris quod est signum sue perversionis et obstinacionis in fine. Ex narratis superius in nulla sui parte veritate carentibus potest perpendere vestra Reverenda paternitas quantum periculosum extitit gladium ponere in manibus persecutoris iniqui quantumque expediat suos



conatus temerarios cohibere. Itaque provideat singulis sapientia et prudentia vestre paternitatis et dignetur ut sui interest officii pastoralis oves gregis dominici a tanto calumpnatoris manibus preservare qui ut experientia facti edocuit non inquisitor heresum sed fidelium persecutor merito potest dici. Et precipue attendat ad hoc eadem vestra paternitas quod ex frequentatione talium vel similium iniquorum persecucionum populus qui pro inde iam scandalizatus existit et qui ex aliis pluribus et diversis calumpnacionibus et iniustis oppressionibus dicti fratris Nicolai perversam de eo habet opinionem non habeat contra ministros Ecclesie iustam materiam calcitrandi. Et si qua pater honorandissime de hiis precibus vobis grata adveniunt rescrip. confidenter. Scripta Barchinon. XVIII die Novembris anno M CCC LXXX.—Consiliari Civitatis Barchinone ad vestri honorem et beneplaciti semper prompti. — *Archivo Municipal. Letras closes, 1383-1393.*

## XV

1391.—Carta de los Consalleres al Papa recomendándole un comisionado enviado por la ciudad de Valencia á la Curia Romana. — Piden que sean examinadas las obras de Raimundo

Pater beatissime ex relatu Religiosi viri fratris Iacobi de xiva in sacra pagina profesoris ordinis fratrum minorum perpendimus Quod idem frater pro parte Civitatis valencie accedit ad vestram b. pro excusando dictam Civitatem et eius populum de quadam infamia eidem Civitati universaliter imposita ex dictis fratris Nicolai eymerici in hiis partibus heretice pravitatis inquisitoris que infamia dictam Civitatem circa fidem catholicam quam eadem Civitas absque dubio firmiter tenet et simpliciter confitetur maculat et suggillat. Cumque sit notorium toto Mundo quod predicta Civitas circa predicta fuit Reverencia sedis apostolice semper salva si ita fuit de ea dictum mendaciter infamata cuius civitatis honorem et fidem presens nostra Civitas ubique defenderet animose. Eapropter B. V. vicerliter exoramus ut quamcumque excusacionem pro parte dicte Civitatis Valencie dictus frater coram V. S. fecerit eandem fratrem pro parte istius Civitatis dignetur misericorditer acceptare. Quodque eciam ubi dictus frater Nicolaus eymerici prosiluerit in tante temeritatis audaciam ut de predictis Ci-

vitatem prefatam nisi fuerit infamare placeat S. eidem concedere iudicem competentem qui de sceleribus de quibus dictus frater Nicolaus dicitur infamari diligenter exquirat inquirat eundem fratrem Nicolaum interim saltem predicta inquisicione durante a suo officio suspendendo. Et demum si eo plene audito invenerit scelera ipsa veritate fulsiri ipsum puniat animadversione condigna aut ad sedem apostolicam puniendum eundem remittere non postponat. Ceterum cum dictus frater Nicolaus sub sui officii colore procuraverit tempore domini Gregori sancte Memorie pape XI predecessoris vestri aliquos articulos positos ut asseruit in opere Magistri Raymundi lulli tanquam hereticales per eundem sumum pontificem condemnari et asseratur quod eadem condemnacio ex falsa suggestione processit cum in opere dicti Magistri Raymundi lulli aliter sint scripti quam in condemnacione predicta. Eapropter pater B. S. V. humiliter supplicamus quod cum infamia dicti Magistri Raymundi molestet quam plurimum mentes nostras quoniam licet idem Raymundus Maioricensis fuerit tamen primariam originem ab hinc traxit cum eius progenitores nostrates fuerint et ipse eciam multorum sibi attinencium huius Civitatis civium comitiva letetur dignetur eadem S. alicui prelado Terrachonen. Ecclesie provincie comittere ut viso opere dicti Magistri Raymundi ad oculum inspicat an sit paritas seu identitas inter originales textus quos in dicto opere inveniet et illos quos dicta papalis declaracio condemnavit. Et si habito consilio Magistrorum in sacra pagina et doctorum utriusque iuris et audito ad plenum dicto fratre Nicolao in hiis que dicere voluerit pro iustificando condemnacionem predictam invenerit textus ipsos esse et fuisse catholicos et condemnacionem ipsam ex suggestione falsidica processisse dictos testus tanquam catholicos faciat palam coram omnibus cum populus ad divina confluerit et alias publicari bala condemnacionis predicte tanquam non procedente ex vero in aliquo non obstante. Ille cuius vices in terris geritis aliam personam vestram conservare dignetur ad ecclesie sue sancte Regimine in longevum. Scripta Barchin. undecima die Iulii anno a nativitate domini M CCC LXXX primo.— *Archivo Municipal. Letras closes, 1383-1395.*

FAUSTINO D. GAZULLA  
Mercedario

(Continuad).

# EL CATÁLOGO DE LAS OBRAS DE RAIMUNDO LULIO

DEL DR. ARIAS DE LOYOLA

(CONTINUACIÓN)

Secunda tabula, particularis, continens

Artificialia	} generalia	} totalia totum } antecedentia	} theorica et sapien- } tialia. } practica et pruden- } tialia.

**Theorica et sapientialia.**

- Ars generalis, quae reperitur Barcinonae in schola scripta; et sic post intelligitur, nisi exprimatur impressa.
- Ars magna varis locis impressa—Barcinonae in schola.
- Ars brevis varie, impressa et exposita—Barcinonae in schola.
- Ars compendiosa, tantum scripta—Barcinonae in schola.
- Ars demonstrativa veritatis—Barcinonae in schola.
- Tabula generalis, impressa Valentiae—Barcinonae in schola scripta etiam.
- Compendium artis demonstrative—Barcinonae in schola.
- Ars inventiva veritatis, impressa Valentiae—Barcinonae in schola.
- Ars scientiae generalis—Ex indice Proaze.
- Ars penultima—Barcinonae.
- Ars inveniendi particularia in universale—Barcinonae in schola.

**Practica et prudentialia.**

- Liber de experientia realitatis generalis—Barcinonae in schola.
- Lectura super figuris artis demonstrativae—Barcinonae in schola.
- Lectura super arte brevi cum practica—Barcinonae in schola.
- Lectura super tota arte demonstrativa—Barcinonae in schola.
- Productorius liber artis demonstrativae—Barcinonae in schola.
- Lectura magna super arte inventiva impressa Valentiae—Barcinonae in schola etiam scripta.
- Lectura brevis super eadem arte—Barcinonae in schola.
- Liber de declaratione scientiae inventivae—Ex eodem indice Proaze.
- Lectura artis compendiosae—Barcinonae in schola.
- Practica super eadem arte—Barcinonae in schola.
- Lectura super tabula generali—Ex indicibus Proaze et Minoritarum.
- Practica brevis super eadem tabula—Ex eisdem indicibus.
- Aliae practica super eadem tabula—Ex indice Proaze.
- Liber arboris brevis tabulae generalis—Ex indice Minoritarum.
- Excusatio artis Raimundi—Ex indice Proaze.
- Fundamentum artis generalis—Barcinonae, Populeti.
- Sunt praeterea alia multa opera quae ad practicam artis generalis faciunt; dum ejus usus generalis aptatur circa aliquod genus speciale, praesertim ubi nomine artis etiam annotatur, ut in sequentibus tabulis apparebit.

**Particularia partem artis seorsum explicantia.**

De mixtione principiorum—Ex indicibus Proazae et Minoritae.  
 De expositione quatuor figurarum—Ex indice Minoritae.  
 Lectura super tribus figuris Artis generalis—Barcinonae in Murta.  
 De formatione tabularum—Ex indice Proaze.  
 De differentia, concordantia, contrarietate—Barcinonae Populeti.  
 De principio, medio et fine—Majoricis.  
 De majoritate, aequalitate, minoritate—Majoricis.  
 Tractatus de aperiendis principiis Artis generalis—Barcinonae in schola.  
 Liber principiorum universalium—Ex indice Minoritae.

**Specialia quae ad speciale, sed magnum subjectum accomodant artem generalem.**

Liber de ente reali et rationis—Barcinonae in schola, Majoricis.  
 Tractatus de ente in actu et potentia, cathalane—Barcinonae in Murta.  
 Liber de possibili et impossibili—Barcinonae in Murta.  
 De correlativis initis varie impressus—Barcinonae in schola.  
 De punctis transcendentibus—Ex indice Proazae.  
 De gradu superlativo—Ex eodem indice.  
 De substantia et accidenti, et ex ambobus composito—Barcinonae, Majoricis.  
 De facili scientia et quaestionibus super eo motis—Barcinonae in schola.  
 De lumine quo intellectus quaerit scientiam generalem—Barcinonae in Murta, Majoricis.  
 De significatione—Barcinonae, Murtae, Hebron, Majoricis.  
 Liber fortis et Regmundi—Barcinonae in schola.

### Tertia tabula, particularis, comprehendens generalia et doctrinalia

Doctrinalia quae communem antiquorum doctrinam proprio, sed novo modo tractant exponendo	potentias generales cognitivas	memoriam intellectum voluntatem	} cuncta simul contentia mistica et vulgata.	
				objecta generatim cognoscenda
	rationalia quae ratio humana sibi fabricat, ad conceptus suos apte mente formandos, et sermone proferendos, collocantur tabula ultima	divinorum et humanorum.		

**Memoriam.**

Ars memorativa reperitur Barcinonae in schola, Majoricis.  
 De quaestionibus super ea motis—Ex indice Proaze.  
 Ars memorandi—Majoricis cum indice minoritano.  
 Liber de memoria confirmanda—Barcinonae, Populeti.

**Intellectum.**

- Ars intellectus—Barcinonae in schola majori.
- De naturali modo intelligendi in omni scientia—Barcinonae in schola; et sic quando simpliciter dicitur Barcinonae, intelligitur schola.
- De refugio intellectus.
- Liber intellectus puri.
- Liber intellectus mixti—Haec omnia reperiuntur in indicibus Proaze et Minoritano.

**Voluntatem.**

- Ars Voluntatis—Barcinonae in schola, Majoricis.
- Ars Amativa—Majorice cum indice Proaze.
- Alia ars amativa—Barcinonae, Murtae, Majoricis.
- Ars amativa boni—Barcinonae, Murtae, Majoricis.

**Cuncta simul continentia mistica et vulgata.**

- Arbor scientiae varie impressa—Barcinonae in schola, Majoricis.
- Liber de facili scientia omnium—Barcinonae in schola, Major.
- Liber de quaestionibus super eodem. — Barcinonae in schola, Major.
- Liber de quatuor sillogismis ad perfectam scientiam —Barcinonae, Populeti.
- Liber propositionum secundum artem demonstrativam —Barcinonae, Major.
- Liber quaestionum solutarum super artem demonstrativam inventi.—Majorice.
- Liber de quinque principiis quod sunt in omni quod est—Barcinonae.
- De investigatione veri et boni—Populeti, Majoricae.
- De ascensu et descensu intellectus per omnes rerum gradus, varie impressa—Barcinonae, Populeti.
- De mirabilibus orbis plane mirabilis, latine et cathalanice—Barcinonae, Major.
- De placida vissione commendatus sudit Lib. Major cum indicibus Proaze et Minoritarum.
- Liber sex mille proverbiorum in omnibus rerum generibus, impressus Barcinonae—Major.
- Liber de septem arboribus—Ex dictis indicibus.
- Liber de rerum proprietatibus—Major cum indicibus.
- Liber de centum formarum generalium—Major. cum indice Minoritarum.
- Liber de civitate mundi—Major. cum indicibus Proaze.
- Liber magnus de quaestionibus in qualibet materia—Barcinonae, Majoricis.
- Volumen grande divisum in quinque libros, ubi Raimundi mire de omnibus rebus tractat, modo mirifico contemplandi et laudandi Deum, quos ille scripsit arabice, latine, cathalane, ut omnibus prodesset, quos priores duo libri fuerunt impressi Parisi opera Jacobi Fabri Stapulensis, qui reliquos tres maxime desiderabat; extant omnes quinque libri latini et cathalane in Barcinonae schola, et indice Minoritarum ponunt arabice.
- Artes generales et maxime earundem lecturae et practice fere de omnibus agunt in ipsarum applicatione.
- Libri etiam qui tractant potentias cognivitas generales dum eas actibus et objectis accomodant: praesertim ea, quae ad catholicam fidem confirmandam facerent, quod fuit Raimundo in omnibus potissimum institutum aliquod, ex quavis occasione pie libens digreditur.

P. PEDRO BLANCO,

O. S. A.

(Continuará).



## EXEQUIAS Y LUTOS

POR LA MUERTE DE LA REINA DE ESPAÑA  
DOÑA MARGARITA DE AUSTRIA

(1611)

Vera relacio y puntualitat de lo que se ha fet en les exequies de la Serenissima Reyna de Spaña Dona Margarita de Austria, del Rey Phelip tercer nostre Señor, a la present Vniuersitat. Jurats lo Ill.<sup>e</sup> señor Leonard Çafortessa y sos companions; que fonch en lo present any MDCxj.

Primo als 28 de octubre del dit any 1611, diuendres, entra de Valencia lo patrot en que reberen ses mag.<sup>es</sup> Carta Real del Rey Phelip tercer nostre Señor; se ajuntaren los Mag.<sup>hs</sup> Señors Jurats en la sala, desclogueren la dita Carta Real dada en dia y any dit, del tenor següent:

A los fieles nuestros los Jurados de la nuestra Ciudad de Mallorca. Amados y fieles nuestros. Jueves a 22 de Septiembre passado a las onze y media de la noche fue Dios seruido alumbrar a la Serenissima Reyna mi muy cara y amada muger, que haya gloria, de vn hijo que queda bueno, del sobre parto le acudio tüngran mal que acabo sus dias lunes a 3 deste mes, a las nueue horas de la mañana, despues de hauer recibidos todos los sacramentos de la Iglesia con sus acostumbradas deuociones. Ha me dexado este successo con tan justo y tierno sentimiento y tan lastimado como por muchas causas podeys considerar, no quedandome de tan grande perdida otro maior consuelo que ver haya sido su fin tan catolico y exemplar como la vida, y confiar que su Divina Magestad la habra querido llamar para comutalle los trabajos desta vida en la posescion del Reyno y descanso verdadero; a El plega darsele y ternenos de su mano dandonos su consuelo y gracia para que con el animo y prudencia christiana que conuiene passe este dolor y en todo nos conforme con su Santa voluntad y es cierta a seguirla; lo que he querido aduertir para que lo entendais como es justo, y para encargaros que hagais haser en essa Ciudad las honras obsequios y demostracion de luto que en semejantes casos se acostumbra, que en ello nos seruireys. Dado en San Lorenzo a xj de octubre de MDCxi años.—Yo el Rey.—Vidit: Don Didacus clauero—Don Joseph Baniatos—Vidit. D. Mont. de Guardiola—Vidit. D. Phelipus Talades—Ortiz secret.\*

Vist los mag.<sup>s</sup> SS. Jurats la dita carta, considerant com a faels vassalls lo sentiment se hauí de fer y seguir en tot lo mandato de la Magestad y lo acostumat se solia fer, en continent manaren fer aportar frizetes, y par ser estat primer lo señor Procurador Real a saquestar per totes les botigues draps, frizetes y qualseuols draps porian fer affecta per semblant dol, saberen ses mag.<sup>es</sup> que casa Pera Joan Bordoy hi hauia frizetes de Flandes, de un ingles; sen feren aportar y encontinent se tellaren vnas lobes closes y ab ses managues com habit de frara y chias y barrets negres, y manaren se fessen portaleras y cobris las taulas de dol ab las insignias de las armes de la Vniuersitat, his feu lo sentiment de la gran desgracia Despaña per dita mort de la dita Reyna S.<sup>ra</sup> nostra com a faels vassalls de se Magestad.

Y axi mateix en continent manaren anals massers y leonats se mudassen los vestits de negre y auissasen a tots los oficials fossen a la pnt. casa y sala de la Vniuersitat ab dol pera anar tots junts anel castell Real pera donar lo pesame anel señor Virrey com a Capita general que en aquest Regna representa la persona del Señor nostro Rey Phelip tercer; y aço fonch apres de tocades vespres lo mateix dia y any.

Y altra dia següent me manaren a mi Joan Thomas, procuras frizetes y se donas dol a lo scriua de despeses menudes y als massers y als quatre leonats, ço es, cotes llarges y aroellos y barrets, les quals frizetes compri de Barthomeu Aguilo mercader.

E apres a de nouembre del dit any los magnífichs SS. Jurats me manaren anas al señor Procurador Real a donarli vu recaudo de que fos seruit pera scusar gastos a nel Real Patrimonio y a la Vniuersitat, prenguesen apuntament sa fes lo neçessari para que se fesen les dites exequies ab prontitut y seguis la orde de Sa Magestad, y ques fes acomunes despeses lo capell ardent y lo dames ornament per la Iglesia ahont se ferian les dites honres. Lo qual feu de resposta que ses Mag.<sup>s</sup> fosen seruits pensar y axi mateix ell per lo mateix pensaria ab quina forma se hauia de fer lo capell ardent questigues be y a manco gastos, que yo acodís lo sendama a uns y altres per veura com y de quina manera millor conuindra millor.

Y axi a de dit mes y any tornant yo dit Joan Thomas a casa lo dit Sor. Procurador Real me dix y dona vn paper ahont hauia fet

dibuxar se marca a vn italia scultor, casat assí, vn capell ardent vist lo vell qui tambe estaue dibuxat ab altre paper; aparague a sas mag.<sup>es</sup> estaua mes galan en que hauia fet fer dit señor Procurador Real a dit scultor anomenat Camillo Perreni, y axi se resolgue se fes com aquell.

Tractantse de qui poserian ma qui aportas los comptes y gastos y se possas ma de aquell y de quins fusters, se determina que lo fuster del Real Patrimony y el de la Vniuersitat lo fessen, y conserts c'e asso lo señor Procurador Real enbia a dir a los SS. Jurats si serian seruits se donas escarada aquell a dits fusters o altres, y aperagut a tots me feren fer diligencies primer a dits fusters, de que se tingue rasulacio sels donassen dossentes liures per mans, llenyam y claus, y axi se posa ma en aquell y en ser consers los mag.<sup>hs</sup> Jurats y Procurador Real acordaren que ans de entrar en la Seu a principiari aquell se tractas ab lo Capítol de quina manera y com se havia de tractar, y lo Capítol torna de resposta que rescruat los emoluments de la sacristia com son 12 p.<sup>s</sup> tafeta per mandil y vint y dos p.<sup>s</sup> tela satina per touayola y gremial, y cera del altar, que foren 24 ciris de liura, y dos o tres emoluments de Custos y escolans y 2 canas 1 pam per palis, 1 cana per la cortina deuant lo Santíssim Sacrament y 6 canas 4 pams per la gramalla del custos, y lo refus dells y escolans, esceptat que ells no hauian de cullir; y axi lo feren cullir a mestre Pera Genouard fuster de la Vniuersitat. Y apres lo dia seguent que contaem a de nouembre los mag.<sup>hs</sup> SS. Jurats se acordaren lo dit S.<sup>or</sup> Procurador Real tingues carrech de aportar los gastos de dit capell ardent y de tot lo demes de la Seu a comu despesses, y axi ses continuat açaptar que cada hu hauia de fer la sera y senyals y insignias y donar a la sacristia lo nassasari per la sua diade.

